NOS SENATUS UNIVERSITATIS SIDNEIENSIS testamur Raper, Edvardum in numerum Academicorum rite ascriptum, legitimum tironatus sui tempus apud nos caste, integre, et verecunde degisse; studiis liberalium Artium vacavisse; denique, caeteris præstitis officiis quae per leges et Consuetudines Academiæ, in Scholâ Artium præstanda fuerunt, apud Examinatores Publicos ingenii et doctrinae periculum adiisse: A Quibus tum in LITERIS HUMANIORIBUS, tum in DISCIPLINIS MATHEMATICIS ET PHYSICIS, diligenter spectatum probatumque fuisse. Quem Nobis literarum testimoniis de more commendatum, Nos a. d. x. Kal: Julii A. S. CIƆIƆCCCLXXVIII Comitiis Maximis, ad GRADUM BACCALAUREI IN ARTIBUS rite et solemnitur promovimus, et pari esse juris conditione quâ sunt caeteri Istius Ordinis jussimus. CUI REI quo magis habeatur fides, HASCE Nos TABELLAS sigillo Universitatis proprio, quod Nobis Publicis in Literis usitatum est, consignandas curavimus.

SIGILLUM UNIVERSITATIS SYDNEIENSIS

Dabamus Prid: Kal: Octob:

A. S. CIƆIƆCCCLXXVIII

Robertus Allwood

VICE-CANCELLARIUS.

Hugo Kennedy

REGISTRARIUS.